



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Das Papsttum und die Königreiche Navarra und Aragon bis zur Mitte des XII. Jahrhunderts

Kehr, Paul Fridolin

Berlin, 1928

Anhang.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-68991](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-68991)

und 1134, in denen er die drei Orden vom Heiligen Grabe, von Sankt Johann und vom Tempel zu Erben seines Reiches einsetzte; ihnen wollte er den Kampf mit den Ungläubigen übertragen. In Ausführung dieser Testamente erhielten sie von Raimund Berengar IV. Städte, Kastelle und Besitzungen im ganzen Reich zugewiesen, aus denen sich bald eine eigentümliche Organisation bildete, ähnlich wie in Portugal. Man weiß auch, welche hoher Gunst die Templer und Johanniter bei den Päpsten seit Innocenz II. sich erfreuten, am meisten aber bei Alexander III., welche Fülle von Privilegien sie erhielten; man wußte in Rom, was sie für das Papsttum bedeuteten¹.

Das ist es überhaupt, was diesen Forschungen in Spanien einen besonderen Reiz verleiht, wenn man sieht, wie im Laufe eines halben Jahrhunderts das ganze Land, vornehmlich aber das Reich von Aragon, systematisch in das römische System eingegliedert wurde. Der Historiker weiß, daß diese sich immer mehr verstärkende Einwirkung von Rom auf die kirchlichen und staatlichen Verhältnisse des Landes ein Faktor von größter Bedeutung in der spanischen Geschichte auch der folgenden Jahrhunderte gewesen ist.

Anhang.

I.

König Peter I. von Aragon und Pamplona an P. Urban II.: versichert ihn seiner Treue und seines Gehorsams nach dem Vorbild seines Vaters, des Königs Sancho; beklagt sich bitter über seine Landesbischöfe, besonders über den Bischof (Peter) von Jaca, der das der römischen Kirche tradierte und von P. Alexander II. gelegentlich der Romreise des Abtes Aquilinus privilegierte Kloster San Juan de la Peña, um dessentwillen auch dessen Nachfolger, Abt Sancho, mit dem Bischof (Garcia) von Jaca nach Rom gegangen, und jüngst der Abt Aimerich von seinem Vater, König Sancho, mit der Bitte um Erneuerung des Privilegs gesandt worden sei, unerhört bedrücke, ebenso wie auch die königlichen Kapellen; bittet um ein Schutzprivileg für das Kloster und seine dem Papst tradierten Kapellen; beschwert sich ferner darüber, daß die Bischöfe auf Grund einer angeblichen Verfügung des Papstes von den niederen Eigenkirchen seiner Ritter den ganzen Zehnten verlangen. (1095)

Liber goticus des Klosters San Juan de la Peña saec. XII ex. - XIII in. fol. 109^r Zaragoza, Biblioteca de la Facultad de Derecho [B]. — Liber feudorum saec. XII ex. fol. 3 Barcelona, Archivo de la Corona de Aragon Reg. t. 1 [C]. — Ferner im Lumen ecclesiae s. Mariae de Alquezar saec. XIV fol. 5^r Alquezar, Archivo parroquial und in jüngeren Abschriften. — Edd. BRIZ MARTINEZ, Historia de la fundacion y antiguedades de San Juan de la Peña y de los reyes de Sobrarce, Aragon y Navarra (1620) p. 673 aus B und J. v. PFLUGK-HARTUNG, Iter italicum (1883) S. 437 n. 44 aus einer inkorrekten jüngeren Abschrift in der Biblioteca nazionale in Florenz XXXVII p. 89 (aus C).

Darauf folgt die bekannte Fälschung JL. † 5562.

VRBANO tocius sanetę ecclesię preceptorı equissimo, domino suo omni remota simulatione dilectissimo, Petrus Dei gratia Aragonensium^a atque Pampilonensium rex semper fidele seruicium amorisque fidelissimi indissolubile uinculum. Nouerit paternitas uestra, dilectissime mi domine, me semper uestrum fidelem seruum et amicum ad omnia^b precepta uestra exequenda indubitanter existere, presertim cum pater meus, uester fidelis

^a Aragon. Dei gratia BC.

^b omnia me C.

¹ Das grundlegende Werk über die Johanniter und Templer im nördlichen Spanien ist das stoffreiche Buch von JOAQUIN MIRET Y SANS, Les cases de Templers y Hospitalers en Catalunya (Barcelona 1910).

seruus, quia^a maiorem dominum excepto Deo, cuius se seruum et amicum^b efficeret, in toto mundo non inueniebat, Romani pontificis se ipsum dominatui subdidit atque etiam singulis annis ex censu quingentorum^c aureorum sese tributarium a temporibus pape Gregorii usque ad obitum suum fideliter exhibuit^d, ea nimirum intentione ut uestra sanctissima^e auxiliaretur intercessione, uegetaretur benedictione, peccatorum suorum uestra purgaretur absolutione atque ad uniuersa aduersancia protectione uestra tutior permaneret. Hoc autem totum Sancius rex, uester humillimus^f et obediens filius, in uita sua habere bonitatis uestre respectu promeruit, modo autem eius animam orationum absolutionisque uestre subsidio adiutam oppido esse non diffidimus. Cuius ergo sequens auctoritatem^g, in omnibus bonis Deo iuuante paterne tradicionis emulatur bonus esse desiderans, me ipsum dominatui uestro subdidi et nullum alium dominum excepto Deo sanctisque^h eius habere elegi eadem ductus qua etiam pater intentione. Set modernis temporibus meis, quod nunquam patri meo accidit, episcopi regionis mee in me insurguntⁱ, maxime autem episcopus Iacensis, quos tamen^k ob reuerentiam uestram tolerare pacienter disposui. Monasterium namque sancti Iohannis in^l Penna, quod mihi preclarum esse ante omnia^m non dubium est, multis uexationibus uehementerⁿ impugnat, quod pater meus, cum antea frueretur quietudine, Romane sedi tributarium effici uoluit idemque beato Petro eiusque uicariis contulit, ut maiori libertate decoraretur et robustius contra omnes aduersarios perpetim efficeretur. Unde Sancius rex, pater meus, qui in eodem quiescit monasterio et auus meus multique de genere nostro^o, nec non et ipse ego^p sepulture locum una cum patribus meis^q habere dispono, destinauit Romam^r quendam religiosum abbatem nomine Aquilinum genibus^s Alexandri pape, a quo satis utile priuilegium accepit^t super libertate predicti cenobii. Quo abbate^u defuncto abbas Sancius uir prudentissimus cum episcopo Iacensi patruel^v meo iterum^w Romanum adiit^x antistitem super quibusdam causis iam^y dicti monasterii tandemque scripto interueniente^z finem causis inposuerunt. Temporibus idcirco uestris^{aa} uenerabilem abbatem Aimiricum maiestati uestre rex Sancius suis^{bb} cum litteris direxit, quibus pietatem uestram obsecrabat, ut tale priuilegium a uobis sanctus Iohannes acciperet, ne ultra aliquam uexationem^{cc} sustineret. Quod quidem fecistis. Set iam dictus episcopus Iacensis^{dd} exigit tale quid a uestro monasterio, quod usque ad presens, ex quo extitit^{ee} fundatum, nulla persona^{ff} episcoporum noscitur uel etiam tetigisse^{gg}. Inde autem maximam nobis admirationem ingerit, quod quicquid nobis contrarii faciat, quod non credimus, ex precepto uestro se facere confiteatur. Capellas quoque meas episcopi nostri, precipue uero Iacensis, cum ceteris indiscretior sit, inquietare impugnando non differunt, que in confinio utriusque terre paganorum et^{hh} christianorumⁱⁱ site sunt, quibus in locis frequencius quam alibi immoror propter assiduitatem belli^{kk}, quod inter nos atque paganos exerceatur; de quibus paucis capellis priuilegia uestra ad perpetuam libertatem earundem gratia uestra penes nos habemus. Set quid multa? Prolixum ualdeque laboriosum est referre, quantas aduersitates super his, que uobis^{ll} commissa et uestra sunt uestrisque priuilegiis premunita^{mm}, nichil fereⁿⁿ nobis proficientibus a nostris^{oo} episcopis sustineamus. Quapropter ad amplissimum misericordie uestre sinum confugientes uestre

^a C, fidelis et (seruus quia *fehlt*) B. ^b C, et amicum *fehlt in* B. ^c D, C. ^d exhibuit B.
^e C, sanctissimus B. ^f humilissimus C. ^g auctoritates C. ^h et sanctis C. ⁱ C, surgunt B.
^k cunctos C. ^l de C. ^m mihi ante omnia preclarum esse C. ⁿ C, uehementer *fehlt in* B.
^o C, de generatione nostra B. ^p ego ipse C. ^q una cum patribus meis *fehlt in* C. ^r Romę B.
^s C, temporibus B. ^t accepit priuilegium C. ^u C, abbate *fehlt in* B. ^v auunculo C. ^w ter C.
^x C, adierunt B. ^y iam *fehlt in* C. ^z interuenienti BC. ^{aa} C, nostris B. ^{bb} suisque C.
^{cc} uexationem aliquam C. ^{dd} Iacensis episcopus C. ^{ee} fuerat C. ^{ff} C, nullus *fügt B hinzu*.
^{gg} tetigisset C. ^{hh} et *fehlt in* BC. ⁱⁱ C, a christianis B. ^{kk} assiduam bellum C. ^{ll} a uobis C.
^{mm} commissa et premunita sunt uestrisque priuilegiis C. ⁿⁿ referre C. ^{oo} C, uestris B.

benignitatis imploramus auxilium, quatinus super huiuscemodi respiciatis et petitionibus^a et supplicationibus nostris annuatis atque privilegium tale nobis tribuatis, ut^b monasterium sancti Iohannis et capellas^b nostras regimini uestro^c specialiter traditas tali uirtute sint^d munite, ut amodo nullam possint infestationem sustinere solique Deo et uobis gratanter ualeant obsequium prestare, et nobis^d impugnantes^e summopere precor sic^f expugnetis, quatenus^g amodo eadem loca inquietare perhorrescant. De ceteris item monasteriis tocius regni mei paternitatem uestram suppliciter eflagito, ut ea ab oppressione episcoporum liberare dignemini. Id etiam inter cetera non mihi tacendum est, quod nouum et inauditum apud nostrates et nobis graue uidetur^h, uidelicet de nostris militibus nocte dieque cum gente pagana dimicantibus, a quibus nuperⁱ priorum prediorum ecclesias non parrochitanas presules^k conantur^l auferre, talem asserentes sententiam a uobis accepisse, cum ab uniuersis parrochitanis ecclesiis omnem decimationem et quicquid ad ecclesiam pertinet, quod non ita^m fit aliis in regnis, possideant. Quodsi eos, ut querunt, a propriis honoribus expulerint, restat ut mendicitati dediti dimissa milicia, que absque pecunia exerceri non potest, per totum mundum euagetur. Valeatⁿ et diu nobis superstes maneat uestra sanctitasⁿ.

II.

König Peter I. von Pamplona und Aragon an P. Urban II.: übersendet durch den Abt (Frohard) von Saint-Pons de Thomières als schuldigen Zins für die beiden letzten Jahre 1000 Mankusen und bittet um ein die neuen Grenzen des Bistums Roda bestätigendes Privileg für den Bischof Poncius, namentlich mit Barbastro, Alquezar, Monzon, Chalamera und Almanara, endlich um eine Bestätigung der von dem Bischof Raimund Dalmatii in Roda eingerichteten Kanonika. (1099)

Kopie auf dem größeren Rotulus saec. XII n. 6 Lerida, Archivo de la Catedral (Archivum Rotense n. 73) und im Cartulario mayor von Roda saec. XII pag. 4 ebenda. — Edd. J. VILLANUEVA, Viage literario a las iglesias de España XV 361 n. 68; España Sagrada XLVI 244 n. 12; J. FR. YELA, Documentos reales del archivo de Roda anteriores al siglo XIII in den Memorias de la Facultad de Filosofia y Letras de la Universidad de Zaragoza I (1923) 321.

Diese Supplik zu erfüllen, kam Urban II. nicht mehr dazu. Das tat sein Nachfolger Paschal II. mittels Privilegs vom 26. April 1100 JL. 5834, das sich vielfach wörtlich an den Wortlaut dieses Schreibens anschließt.

Gloriosissimo atque serenissimo domino pape Vr. P. gratia Dei rex Pampilonensium et Aragonensium se ipsum. Quoniam, excellentissime domine, Sancius rex, pater meus, deuotus semper erga uestram et apostolicam sedem existens annuatim quingentos manchones pro censu uobis persoluebat, eo quod omne regnum suum sub protectione beati Petri posuerat^o, uolo et ego, in quantum potero, bonam illius uoluntatem penes uos imitari, mittendo paternitati uestre pro censu duorum annorum mille manchones per legacionem domni abbatis sancti Poncii, ut Deus per meritum sanctorum apostolorum suorum Petri et Pauli me tueri dignetur semper in omnibus et auxiliari. Cum igitur, sicut dixi, tam pater meus quam ego regnum nostrum sub iure moderaminis et tuicionis uestre posuerimus, precor obnixem clemenciam uestram, ut episcopatum illum, in quo est Rota, qui longo iam tempore angustis terminis ob Sarracenorum occupationem conclusus est, secundum

^a petitionibus — tribuatis ut *fehlt in C.* ^b C, ecclesias B. ^c nostro C. ^d sint — nobis *fehlt in C.* ^e per uestram sententiam impugnantes C. ^f sic *fehlt in C.* ^g quod C. ^h et monstri uidetur simile C. ⁱ de *fügt B ein.* ^k C, plures B. ^l C, conentur B. ^m C, ita *fehlt in B.* ⁿ Valeat — sanctitas *fehlt in C.* ^o posuerit c.

metas illas, quibus eum undique Raimundus Dalmacii episcopus et alii successores eius tenuerunt, teneat et possideat per uestre auctoritatis corroboracionem tam iste domnus Poncius episcopus, qui modo preest gratias Deo canonicè ordinatus, quam alii successores eius in perpetuum cum his etiam omnibus, que de terra paganorum ibi addidimus. In primis Barbastram cum terminis suis, Alchezar, Montionem, Calameram, Almanara, unumquodque horum cum terminis suis, et quicquid deinceps infra metas huius episcopatus tam nos quam alii principes uel iam cepimus uel in futurum per Dei auxilium ceperimus, prout melius tractare potero cum consilio predicti domni abbatis Tomeriensis atque etiam domni archiepiscopi Toletani legati uestri¹. Denique suppliciter rogo, positis pro mercede uestra in principio et fine que in priuilegio poni debent, ut omnes ecclesias illius episcopatus secundum sanctorum canonum institutiones in huius prefati domni Poncii episcopi ac successorum suorum potestate et ordinacione ponatis. Si uero aliquos ecclesiasticos honores cum consilio uel fauore clericorum suorum monasteriis concesserit, concedat hoc quoque et confirmet auctoritas uestra² in decreto uestro super hoc nobis caritatiue transmissio³. Canonicam sane regularium clericorum, quam sepe dictus Raimundus episcopus apud Rotam instituit³ uel iste melius instituere uoluerit, quandiu annuente Domino sine contagione peculiari^b regulariter uixerint, ab omni hominum infestacione liberam esse et queque illis iuste a nobis uel aliquo collata sunt uel fuerint, permanere integra decernite. Hec ad utilitatem et augmentacionem episcopatus pauperis actenus et angusti ut corroborando et confirmando sigillo uestro muniatis, suppliciter exoramus, quatenus sic in omnibus caritatem uestram circa nos firmissimam cognoscamus. Val(ete).

^a hier fehlt wohl sicut. ^b peculiaris c.

¹ Erzbischof Bernard von Toledo.

² Gemeint ist wohl Urbans II. »Dekret« JL. 5777.

³ Durch die Urkunde vom 12. November 1092 bei RAMON DE HUESCA, Teatro historico IX 445 n. 9.